

des. c.

Eodem Anno Romani Ambasciatores Pisas venerunt. X. Calendas Septembris & pacem, quam Comes Gerardus, & Ugo Rolandi Pisanorum Ambasciatores composuerant, firmaverunt.

Eodem Anno tribus diversis vicibus aliqua diversa tamen Pisanorum galæe in partibus Provincie plura damna Januensibus intulerunt. Sed in die Sancti Johannis Baptistæ Marfilienfes, & Januenses invenerunt quamdam galæam, quam quidam Pisanus Pirata armaverat in cursum, & eam ceperunt.

Eodem Anno Guilielmus Rex Siciliae misit exercitum magnum in Egyptum super Alexandriam in introitu Julii, qui exercitus fuit galæarum CL. & dromonum CCL. pro equis portandis, & milites mille cum balistaris, & edificatoribus, & alia gente multa, qui ad portum Alexandriae applicuissent, invenerunt in ipso portu quamdam Pisanorum navem de Venetiis venientem, ipsamque ceperunt.

Eodem Anno Lucenses cum Januensibus levaverunt castrum Viaregii, & per conventionem pacis illud destruere promiserunt, & facta pace destruxerunt ipsam.

Anno 1175. Villanus Pisanorum Archiepiscopus mortuus est.

Anno 1186. Papa Gregorius VIII. ingressus est urbem Pisanam IV. Idus Decembris, ab eisdem Pisanis magno honore receptus. Mortuus est Papis XVI. Cal. Januarii, & sepultus in Ecclesia Majori. Et XIV. Calendas ejusdem mensis Cardinalis Paulus Prenestinus Episcopus in eadem Ecclesia Pontifex Summus est electus, levatus ab Hospitio Sancti Pauli de Ripa Arni, & largiente Domino Clemens III. vocatus est. Pontifex iste in præfata Majori Ecclesia Pisana petiit, rogavit, (11) & exoratus est Pisanos, ut succurrerent ad recuperandam Hierusalem Sanctam; & propriis manibus dedit vexillum Sancti Petri Domino Ubaldo Pisano Archiepiscopo, ut esset Vexillifer exercitus, & omnium Christianorum, & Legatus Apostolicæ Sedis in omnes Christianos. Egressus est dictus Archiepiscopus, & Populus Pisanus in exercitu navium L. medio Septembris, hyemavit in Messana Siciliae civitate, & octavo Idus Aprilis pervenit Tyrum. Tunc Antiochia robur accepit, ut ex pacto subjiceretur Saladino.

Anno 1200. Pisani fuerunt apud Vulturum cum galæis XX. in servitio Imperatoris.

Anno 1204. Constantinopolis à Pisanis & Venetis capitur.

Anno 1210. Pisani fuerunt apud Procidam cum galæis XL. in servitio Imperatoris.

Anno 1215. Guilielmus Marchio, & Judex Gallaritanus fuit.

Anno 1217. Pisani ædificaverunt castellum Castri in Kallari.

Anno 1220. Damiatia capta est à Christianis octavo Idus Novembris.

In Ughelliana editione hæc ita efferuntur.

(11) Jerusalem capta est anno MCLXXXVIII. Venit enim tunc Saladinus Rex Egypti, & coangustans exercitum Regis Jerusalem fregit, & cepit ipsum Regem, & Crucem Domini. Unde fere omnes Syriae Civitates cepit, & Jerusalem captivavit, obsidens illam per dies 15. mense Octobris. Tunc Imperator Fredericus surrexit MCLXXXVIII. Dominus Papa Clemens per suam præsentiam in Pisana majori petiit, rogavit, & exhortatus est Pisanos, ut surgerent ad recuperandam terram.

Tom. VI.

Postea vero MCLXXII a Toleologo imperatore Grecorum recuperata est.

Anno 1221. Coronatus est Fredericus Imperator ab Honorio III. Pontifice X. Cal. Decembris.

Anno 1229. Pisani apud Vajanum miserunt in sconfictam Lucanos, & Florentinos.

Anno 1230. Quarto Idus Aprilis apud Bargam iverunt Pisani de mandato Domini Papæ Gregorii IX. & in sconfictam miserunt Lucanos, & Florentinos.

Anno 1240. Non Julii Pisani ceperunt castrum Aginolfi. Postea tempore D. Jacobi Buticelli Pisanorum Potestatis 1264. Indictione sexta die Jovis V. Idus Augusti fuit perditum. Item postea tempore Domini Jacobi Bassuli fuit recuperatum.

Anno 1253. Pisani ceperunt Pontremulum, & liberaverunt Pistorienses captivos.

Anno 1258. Reconciliata fuit Pisana civitas sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Matri nostræ piissimæ, mediante Religioso Viro Fratre Manfeto de Ordine Minorum Penitentiarii Capellano Domini Papæ Alexandri IV. ejusque Legato & Nuncio tempore Domini Bonifatii de Gorfano de Mutina Capitaneo Pisani Populi & Potestatis post obitum Domini Alamanni de Turre, in Antianatu Domini Petri Ingurdi, & Upethini del Campo.

Eodem Anno mense Julii Facta est societas inter Venetos & Pisanos contra Januenses per X. Annos; & castellum Castri in Sardinia, quod per prodicionem impii Marchionis Chianini postea Pisanorum gladiis interempti, subtractum à Comuni Januensi, per obsidionem arctissimam factam à Pisano Communi, cujus Capitaneus fuit probus & sapiens Vir D. Oddo Gualduccii, pervenit denique in dominium Pisanae civitatis.

Cujus etiam exercitus sub Capitaneis Guilielmi Comitis Caprarie Judæ Arbore, & Domino tertie partis Regni Galliarum, ultramarinam victoriam habuit, & inauditum à seculo Januensium impiorum conflictum fecit in Accone.

per eamque deinde Siffridus Saffetta honorabilis Consulem & Henricum Gaitani de Stateris Capitanei Pisanorum in Accone favore Fratrum & Sociorum nostrorum Venetorum, Magistri & Fratrum sanctæ Domus militiæ Templi Protectorum nostrorum, Regis, & Reginæ Cypri, Massiliensium, & Provincialium, & aliorum nostrorum Dominorum, & Amicorum in partibus ipsis.

Et hoc sequutum est de tempore D. Ricciardi de Villa Mediolanensis Pisani Potestatis, & Domini Bonifatii de Gorfano Mutinensis Capitanei Pisani Populi.

Anno fuperius jam dicto MCCLIX. Indictione prima in Festivitate B. Johannis Baptistæ VIII. Calend. Julii villa Sanctæ Gilie Hallaritanæ Diocesis per prodicionem, & durante pace inter nos & Januenses, à Comuni Januensium subtracta, per obsidionem arctissimam Pisani Communi, cujus fuerunt Capitanei Magnificus Vir præfatus Dominus Guilielmus Comes Caprarie,

Jerusalem. Et tunc dedit vexillum Sancti Petri D. Ubaldo Papis Archiepiscopo, qui esset Vexillifer exercitus, & omnium Christianorum, & Legatus Apostolicæ Sedis in omnes Christianos. Egressus est Archiepiscopus Pisanorum, & populus Pisanus in exercitum navium quinquaginta medio Septembris ad recuperandam terram Jerusalem, hyemavit in Messana Siciliae, & 8. Id. April. pervenit Tyrum. Tunc Antiochia robur accepit, ut ex pacto subjiceretur Saladino, dum ad terram succursus accessit.

O

Post rapturam reconciliationem tempore 55. capitaneorum et antianorum et 55. anno.

cum medietate civitatis et comitatus vixit sine edificis

facta fuit
L'ecce present pro sanctis.
patre et dno nostro Alexandro
pape quarto a sancta Romana
ecclesia

in dictione quindiesima

in hermine

L'prolinum
L'fuit pro cor Pisano
generalis

Hallare

halare et factus fuit

/N.2

/ad predictas